

G. 16. num. 45.

19

S P E C I M E N
C O N T I N E N S
C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M
D E
C A V S A R V M D E C I S I O N I B V S
E X
A R G V M E N T O L E G I S.

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. I V R. N A T. E T G E N T. P U B L I C. O R D I N.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S E B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E I. O C T O B R. A N N O C I C I C C L X V I I.

P U B L I C E D E F E N D E T

C A R O L V S C H R I S T O P H O R V S G O T T L I E B
H A S S K E R L L

N V M E B V R G E N S.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.





DE
CAVSARVM DECISIONIBVS
EX
ARGVMENTO LEGIS.

§. L

Leges quidem ciuium subditorum actionibus norma esse debent, at cum tanta humana- rum actionum varietas, tantaque diuersitas sit, vt liquido non possint antecedenter definiri, nihil certius est, quam nullam adesse huma- nam maiestatem, quae omnibus actionibus negotiisque futuris certam normam praescribere posset. Sola di-

A 2 uina



uina Maiestas ea est, quae per suam omniscientiam omnes hominum actiones praeuidere, quique hominum rationibus normam implantare potuit, quam si sequi volumus absque praecognitis opinionibus, in omnibus humanis actionibus haudquaquam deerunt argumenta, ex quibus definire possumus, quae iustae, quae iniustae, quae demum indifferentes sunt. At hae plerumque indifferentes actiones nomothesiae humanae, quae plerumque utili magis ducitur, occasionem ferendi leges dederunt. Quapropter, quanta etiam sit legum copia, quantaque iurium volumina, tamen haud raro occurunt arbitrarie indifferentesque actiones, quae ciuili lege cum definitae non sint, litibus causam praefstant.

§. II.

Haec ergo Legum indigentia causam simul dedit legum interpretationi, sive studio iuris imo ipsi ICtorum et causarum Patronorum ordini, qui tunc, quae ex legum recta applicatione, extensione, restrictione, ipsarumque legum rationibus, quid faciendum petendum, intermittendum nonue praestandum sit, consulentibus exponere valent. Est grauissimum argumentum contra eos, qui omnem prope legum Iuriumque peritorum et Aduocatorum ordinem ex Republica eiiciendum putant. Concedam quidem, omnium ciuium officium esse, ut leges sciant, quo possint ad eas suas efformare actiones. Sed inde haud est, ut concludamus, etiam nos tuto hoc venerabili hominum ordine carere posse. Evidem animus non est,



est, eos defendere, qui themidi sacrae nomen dedere, sed indigni tanto beneficio, quales rabulae, calumniatores, praecurricatores, et qui lucrum ex peruer-tendis ciuium causis praetextu sanctae iustitiae quaerunt, ad molam, pistrinum, imo ad laudumias damnandi. Hoc hominum genus sine summa calumnia atque iniuria sub venerabili titulo Iureconsultorum et Aduocatorum comprehendi nequit. Romani quondam leges suas habebant omnibus ciuibus notas suoque cuiusque suffragio perlatas, nec ignorare poterant formulas legitimas vel a Flauio vel ab Aelio promulgatas; neque tamen legum peritis tuto carere poterant, quippe leges scire et formulas, non absoluunt omnem ciuilem scientiam, quid enim, si formula, si lex deficeret? Ais: maiores nostros legum peritis atque aduocatis caruisse, neque ob eam rem fuisse minus felices, maxime cum hos antiquitus odio persequerentur, quod patet ex historia clavis Varianae sub Augusto, qua occasione ad viperas referrent. Sed salua res est! Vix enim credibile, in comitatu Vari fuisse veros iustitiae antistites, potius rabulas, quorum damanda recte memoria. Neque iurium priorum interpretes maioribus defuisse probari potest, imo magis constat, in republica illa militari proceres morum suae gentis perfectam habuisse peritiam, ut secundum illorum argumenta decidere potuerint controvrsias. Et si aliquando cederem, non fuisse iis legum interpretes iustique custodes, qualis quoque eorum fuit iustitia, qui scimus lites caede et sanguine compositas fuisse. Sed redeo ad rem.



§. III.

Cum multa sunt themata, quae ipsis expressis legibus decisa non sunt, quoties in iis lis enata, desudavit misera Iurisperitorum diligentia in eruendis argumentis atque rationibus, per quas lis decidi possit. In iis ergo mediis quibus vtuntur ad lites dicendas, vbi scriptae leges deficiunt, haud raro ex *legum argumentis* decisio-nes petunt. Evidem fateor, si ab exemplis abstractio-ne aliqua definitio, quid sit: *argumento legis decidere*, formanda, vix arbitror fieri posse, vt exinde recta notio deprehendatur. Obseruamus enim interdum senten-tiam aliquam adseri, eamque probari arguento capitis alicuius iuris ciuilis, quod si euoluas, nec rationem, nec materiam conuenientem themati controuerso inue-nies. Exempla quaedam dabimus,


§. IV.

Quaestio enata est, an *laudemium capiat usufru-ctuarius*. Concedit eidem MENCKEN in *Theoria et Prax. Pand. L. VII. Tit. I. §. 8.* idque arguento *L. 59. §. I. π. de usufructū*. Quo rectius decidatur lis, speciem facti dabimus. In testamento meo ita scripseram: *Proprietatem fundi mei Seiani do lego Caio, usumfructum vero illius Sempronio*. Iam finge, esse quosdam agros laude-miales, quae partes sunt illius fundi, qui ab aliis iam possidentur, qui facta alienatione, domino fundi Seiani praestant laudemium. Me mortuo ex testamento Sem-pronius fundi usumfructum, Caius proprietatem conse-quitur.

7

quitur. Quo facto vnuſ, qui laudemialem agrum possidet, eundem vendit, atque praefandum est eo vendito laudemium. Quaeritur: an vſufructuarius laudemium exigat, an proprietario ſoluendum? Ante omnia argumenta petere ex romana lege in Laudemiuſ queſtione mihi valde paradoxon videtur. Scio quidem quinquagesimam illam Iuſtinianeam in emphyteuſcos alienatione per venditionem domino ſoluendam a quibusdam laudemium improba ratione vocari. Lauudemium enim ſeu Longeſildum censuſ eſt extraordinařius, qui pro locato dominio vel vt vocant vtili dominio domino directo a nouo poſſeffore ſoluitur, cum quinqua-geſima contineat partem pretii domino directo, at a venditore ſoluendum. Facile inde ſumma diſſerentia apparet, vt a quinquagesima ad laudemium argumentum haud quaquam ducatur. Praeterea Laudemium cum ſit datio, quae cauſam habet locationem dominii ſeu tradi-ſionem dominii a domino directo ſeu inueſtituram, in regula ad vſumfructum fundi haud reſerri poterit, quippe vſufructuarius vtile ſic dictum dominium fundi confeſſe nequit. Sed illius eſt, qui de dominio illius fundi laudemialis diſponere poſteſt, qui eſt proprie-rius, cum vſufructuario tantum ius in fundo dominico co-competat. Quomodo ergo vſufructuario laudemium, cum inueſtiendi ius non habeat, tribuamus argumento du-ctu ex P A V L O cit. l. qui ſcripſerat: *Quicquid in fundo naſcitur, vel quicquid inde percipitur, ad fructua-rium pertinet, pensiones quoque agrorum, ſi ipſae quoque ſpecialiter comprehenſae ſint.* Nunquam enim in fun- do percipitur laudemium; datur enim propter inueſti-ram, ſicque ob cauſam praefandam,

§. V.



§. V.

Addinus aliud exemplum: Iuris est, vt vsufructuarius proprietario cautionem constituat, partim vsurum fruiturum re vsufructuaria vt bonum patrem familias, partim de re vsufructuaria ipsa finito vsufructu restituenda. Sed adsunt exceptiones, ex quibus interdum liberatur ab hac cautione praestanda vsufructuarius, quali beneficio fruuntur ii, quibus ex lege vsusfructus debetur. Hanc immunitatem a cautione etiam tribuunt donatori rei, qui sibi in ea re donata vsumfructum reseruauit, quam opinionem praeter alios habet LAVTERBACH ad Pand. L. VII. Tit. IX. et LVDOVIC. ad Pand. eod. Tit., prouocantes ad argumentum ductum ex L. 62. π. de aeditit. edict. Format hac lege MODESTINVS regulam: Edictum aedilium currulum non pertinere ad donationes, in quibus aedilibus nulla competebat Iurisdictio, et iam applicat ad ea, quae a donatore exigi non possunt, et ad quae contra tenerur. Sed in hac lege nullum plane argumentum de Cautione. Verba enim legis: *ne eo casu liberalitatis suaue donator poenam patiatur*, non possunt extendi ad nostrum thema. In his enim verbis tantum continetur, non teneri donatorem ad meliorationis impendia, quia donatae rei qualitas promittenda non erat a donatore. Sed an poenam patitur is, qui alteri eam securitatem praefstat, ad quam praestandam eum lex generalis obligat; id affirmare non ausim. Accedit quod quae beneficia sunt immunitatis, ut reliqua, non admittunt extentionem. Sed semper stricte sunt interpretanda.

§. VI.



9

§. VI.

Possemus, si placaret sexcenta et amplius exempla addere legum applicatarum ad obuenientia facta, in quibus ne quidem similitudo aliqua materiarum argumento esse potest; Sed abstineo, cum Pragmaticorum libri atque sententiae licateant exemplis causarum improbe decisarum, ex argumento legis cuiusdam, vel non intellectae vel incongrue applicatae. Quare potius examinandum erit, qua via procedendum sit, si legis argumento lis quaedam ob legis dispositionem expressam decidenda sit. Frustra enim esset, omnem ex legis argumento petitam decidendi rationem reprobare, cum utique ratione ntitatur regula, quam adfert Corn. V. BYNKERSHOEK Praef. ad T. I. Obseru. Iur. Ciuit. *Quia* inquit, *Maeuio aequum* videtur, quod *Titio iniquum, dissentientibus superuenit legis auctoritas: absque ea si sit, tunc denum arbitrii partes erunt, tunc prudentiae, argumentis legi uti, et vel minimum sibi tribuerent.*

§. VII.

Ante ergo omnia, si quod controuersum thema adest, respiciendum, an expressa lex adsit, quae controuersiam dirimat. Haec si deficiat, ut siepe sit, primum respiciendum ad thematis controuersi genus, ut ante omnia constituatur, ex quo iure petenda decisione. Concedo quidem, Romani Iuris thesauros receptos esse, sed receptos in subsidium saluo iure patrio. Hinc prius videndum, an controuersum thema ad genus ali-

B

quod



quod iurium pertineat, quod patriis moribus origines debet, quodue non tantum Romano iuri incognitum, verum interdum adeo contrarium. e. g. Si controuersum thema ad paclitarum successionum iura pertineret. Haec successloria pacta non tantum ignorabant Romanii, verum etiam reprobabant. Quis quaeſo argumentum caperet ex fragmento Romani iuris ad quæſtionem eiusmodi controuersam decidendam, cum illa iura adeo ciuilem obligationem negent. Porro si de Geradicis, Heergewetticis successionibus et causis lis si lege indeſa, quis argumento ex legis Romanae capite eam decideret, cum suis germaniae moribus inuestigatae sint hæc successiones iisque decisæ.

§. VIII.

At vero, si vel thema controuersum ex eo iuris genere pendet, quod cum Romano iure receptum, dubium non est, ex peregrina etiam lege interdum argumentum peti posse, cuius ope expressa legis sanctione deficiente decidi possit controuersia, sed tunc varia opus est cautione, ne peruersa fiat ipsa argumentatio. Ante omnia respiciendum est ad legis, ex qua argumentum ducendum videtur, verum sensum ope rectæ et accuratae interpretationis. Haec vera interpretatio nos ducet ad speciem, ad quam legis caput referendum; exinde facile patebit dein, quae fuerit ratio opinionis in lege defensæ. Haec exacte comparanda est cum themate proposito, an ad illud ea applicari possit. Inde enata

■ ■ ■ ■ ■

enata est regula, *vbi eadem iuris ratio, ibidem eadem dispositio obtinere potest.*

§. IX. *circumstancia ex parte regulae*

Dein sedulo cauendum, ne quas caput aliquod romani iuris rationes generales vel regulas ponit, easdem tales habeamus, quas tanquam axiomata ad omnes omnino applicare queamus. Sunt equidem quaedam regulae ex principiis vniuersalibus deponitae, quae possunt quidem in iis speciebus, ad quas se referunt, recte applicari; quadam et pleraque regulae, quamvis videantur esse generales, tamen ad certa tantum themata applicabilia, ex quarum decisionibus ICti regulas formarunt tanquam decidendi causas. Hae ergo temere applicanda non sunt ad species de quibus earum inuenatores non cogitarunt. Praeterea cum in diuersis iurum speciebus, diuersae valeant dispositiones, ut in *conditionibus appositis vel contractibus vel ultimis voluntatis*, cauendum est, ne legem cuius dispositio ex aduersa aliqua specie desumpta ad aduersam aliquam speciem applicemus.

§. X.

Tandem maxime attentendum est, ne formae mutantae priscae Romanae reipublicae obliuiscamur, quippe ex antiqua illa forma interdum leges explicandae appli-

B 2 can-



candaeue. Sic qualis diuersitas formae in iurisdictione,
iudiciis, litium pertractatione, formulariis solennitatibus
obseruatur, si cum nostris moribus comparatur. Quae-
so quam absurde applicemus multa, quae ex notionibus
antiquae iurisdictionis, iudiciorum, processu, formulis
desumta leguntur in legibus. e. g. Si quae se ad extraor-
dinariam iurisdictionem referunt, qualis deprehendebat-
ur in tutoris datione, quae hodie notio vix in hac specie
superest. Facile ergo patet, nisi haec probe obseruata,
an in iis thematisbus, in quibus legis argumento pugna-
bimus, mutata forma non obstet, ne quaquam recte le-
gis argumento controversiam decidi posse.

T A N T U M



Non omnia enim de iure naturae omnia sunt iuris*dictio*
nonque iuris*dictio* omnia de iure naturae sunt*dictio*
iuris*dictio* est iuris*dictio* et iuris*dictio* est iuris*dictio*


ULB Halle
003 719 014

3



1078





Farbkarte #13

Centimetres	8	7	6	5	4	3	2	1	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
inches	3	2	1	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
B.I.G.	Black																											
Blue	Blue																											
Cyan	Cyan																											
Green	Green																											
Yellow	Yellow																											
Red	Red																											
Magenta	Magenta																											
White	White																											
3/Color	Black																											

G. 16. num. 45.

1767. n.

CIMEN
ONTINENS
CONTROVERSVM
DE
DECISIONIBVS
EX
NTO LEGIS.

VOD
VM ORDINIS GRATIA
ESSIDE

HENR. BREVNING

ET GENT. PVBLIC. ORDIN.
LITER. DVISBVRG.

SOCIO

ORIO PETRINO

ANNO CICCCCLXVII.

E DEFENDET

**GOPHORVS GOTTLIEB
KERLL**

EVRGENS.

PSIAE

ALANGENHEMIA.

